



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Locutionis temerariae spe[tie]s sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

VEL CHRISTIANA

Pro, 10
Ecc, 29

Tertium est, quia animam ledit, & maculat. Prou. In multiloquio non deerit peccatum. Et Ecclesiasticus. Qui multis utitur uerbis ledet animam suam. Quartum est, quia in presenti hominem in multa mala ruere facit.

Pro, 12
Ecc, 10
Isyd, 12.

Prou. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Ecclesiasticus. Labia stulti precipitabunt eum. Et Isidorus. Qui uerba non reprimat ad noxia cito transit. Quintum est, quia in infernum uir linguosus deducitur, & eius lingua illic cruciat. Exemplum habetur de diuite Epulone, qui in inferno eleuans oculos ad Abraham dicebat. Mitte Lazarum, &c. Quia crucior in hac flamma. Cupiebat ipse ut eius lingua refrigeraretur, quia per eam maxime peccauit.

Luc, 16

Quia crucior in hac flamma. Cupiebat ipse ut eius lingua refrigeraretur, quia per eam maxime peccauit.

*Locutionis temerariae species
sunt sex.*

Iac, 1.

Prima est incertitudo eius de quo quis loquitur. Propterea dicebat Iacobus. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Et Isidorus. In loquendo peritus esto, multum autem delibera quid dicas, ne reuocare possis, quod dixeris.

Isyd.

Secunda est, temporis inconsideratio. Ecclesiasticus. Ex ore fatui repro-
 batur parabola, non enim dicitur
 eam in tempore suo. Idem. Homo sapiens
 tacebit usque ad tempus, lasciuus
 autem & imprudens non seruat
 tempus. Tertia est, usurpatio. Quæ
 fit quando aliquis se ingerit ad lo-
 quendum quod ad alium pertinet. Ec-
 clesiasticus. Loquere tu maior natu.
 Quartum est, inutilitas locutionis,
 que fit ex defectu audientium. Ecce-
 siasticus. Vbi non est auditus ibi non
 effundas sermonem. Quintum est,
 uituperandi intentio. Ecclesiasticus.
 Priusquam interrogas, ne uituperes
 quemquam. & cum interrogatus fue-
 ris, corripere iuste. Sexta est, præcipita-
 ta responsio. Ecclesiasticus. prius-
 quam audias ne respondeas uerbum.
 Pro. Qui prius respondet quam au-
 diat, stultum se esse demonstrat, & cõ-
 fusionem dignum. Et Isidorus. Tace
 prius, & audi, tace usquequo inter-
 rogeris.

Ecc, 20
 Ecc. 32
 & 34
 Ecc. 32
 Ecc. 17
 Eccl, 9
 Pro. 18
 Isyd.

Locutionis remedia sunt quatuor.

Primum est deuitare personas,
 & loca in quibus peccari in
 hoc solet. Vnde Isidorus. Pe-
 M 6